Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput I.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Francisci Xaverij, genus, indoles, educatio

Caput I.

Xaverii patria nobilis Xaveria familia

In altera Navarrae parte, quae vergit ad Hispaniam, sub Pyrenaei radicibus, Xaverium castellum est situ et opere munitum, pervetusta ac gentilia sedes Xaveriae familiae: ubi Francisci Xaverij immobilia hodieque visuntur. Castella genere, gentis more, ferme nobilitas incolit. Et Xaverium haud procul admodum Pompelone abest urbe regia Navarrae. Francisci majores bellica virtute, eximiaque erga Reges suos fide multa ac magna decora simul et praemia sibi ac posteris pepererunt, haud minus factis suis, quam regijs beneficijs insignes. Materni generis inprimis clarum ac nobile: ut pote cuius antiquitas longissima clarorum bello virorum serie, per plurimas deinceps aetates, haud dubijs testata monumentis ab anno prope millesimo repetatur. Maternus avus Martinus Aspilqueta fuit, clarissimae familiae iam ad paucitatem redactae, propemodum stirps relicta, vir non maiorum gloria, quam sua virtute clarior. Is Joannem Xaverium pari splendore ac nobilitate Virginem, spe item Xaverij generis, duxit uxorem. Ex ea Mariam unicam filiam suscepit, stirpem ac spem familiae utriusque: ut duae nobilissimae prope Navarrae totius familiae in unius ferme puellae capite consisterent. Et fuit Maria egregia pariter forma ac pietate, tali excellenti homine non indigna

Parē insignes. Hanc Joannes Jassius sibi matrimonio junxit homo genere copijsque maxime verò doctrina et prudentia nobilis; idemque apud Joannem Regem Navarræ gratiosus in primis consilijque regij longè primus. Qui uxoris hortatu ex Jasso castello paterno avitoque in Xaverium dotale castellum conjugis domicilium transtulit, felicitati quam prior matrimonio usus, saeculi magis consuluit genti, quam suæ. Pluribus enim ex Maria liberis (inter quos Franciscus hic noster fuit) genitis; gravis eius animum invasit cura, duarum antiquissimarum Navarræ familiarum deficientem ab interitu vindicandi. Ergo statuit posthabito gentis suæ nomine (quanquam nec humili nec obscuro) transmittere gentilitia conjugis suæ nomina liberis suis posterisque. Itaque circa eius filij, paterno cognomine omisso, partim Azpilquetæ, partim Xaverij appellati. His igitur parentibus ac majoribus Franciscus Xaverius nascitur, Joanne Rege Navarræ, Innocentio VIII. Pont. Max. anno post Christum natum circiter M.CCCCXCVII. Fratrum quidem natu minimus, sed tanquam alter David summi parentis destinatione maximus. Nec verò illi ad destinatum Sanctitatis fastigium adjumenta vel Divina vel humana unquam defuere.

Educatio. Ab incunabulis in sinu optimorum parentum educatus pueritiam egit ac eorundem sanctissima disciplina: primamque eius ætatem solers magistrorum cura ijs artibus erudivit, quibus ingenia

ingenia ad summum exuntur decus. Erat
in eo rara indoles animi, egregia corporis for-
ma, constitutioque, magnum et acre ingenium,
studium litterarum supra captum puerorum: non
vulgare. Nihil illo probius, nihil festivius, nihil
comius. Quibus ille rebus assequebatur, ut notis
ignotisque carus esset. Nec mortalibus eidem
tempore carior fuit, quam caelestibus. Vel il-
lud argumento est, quod in tanta affluentia
Virginitas pudicitia rerum, iuventaeque licentia, praeclara specie to-
tiusque corporis adolescens pudore cupiditates
frenante, sui potens fuit: singularique Dei bene-
ficio virginalis integritatis florem intactum illi-
batumque servavit: ut caelestis ille sponsus qui pa-
Cantic: cap: 2. scitur inter lilia, eum tum videretur certum in
eo rectes sibi delegisse. Amabat, ut fit, optima
nia ingenium, animumque ad sapientiae fatus
Doctrinam armis anteponit. accipiendos, tanquam parens solet, diligentius
praeparabat. Igitur contemptis militaribus fra-
trum vocibus ad domesticum armorum decus
revocantium, institutum tenuit: ac sive recenti
patris exemplo incitatus, sive scientiae dulce-
dine delinitus, sive etiam divino instinctu in-
flatus, doctrinae gloriam bellicae praestare credi-
dit. Sed intervenit rectissimis studiis mixtus malum
honoris cupido. Etenim ut est eximia nobilitas
fere avida est excellentiae; cum illa ipsa ingenii
disciplina, ingentes hausit spiritus: usque
vir ingenio magna quaedam et alta spectare

ad similia

ut familiae decus, quod amplum a majoribus acceperat, maius et auctius posteris suis traderet. Decreverat itaque maximam aetatis praesidia, quae ad dignitatem, opesque augendas vulgo facerent, sibi parare, consilio specioso magis quam salubri.

Parisijs ab Ignatio Loiola ad studium pietatis convertitur.

Caput II

Academia Parisiensis

Erat illis temporibus Parisiensis Academia non solum vetustate, famaque sapientiae inclyta, sed etiam magistrorum praestantia, diuturnitateque pacis maxime celebris, acerrimis undique ingenijs eo confluentibus, ut inde referrent eruditionis eximiae famam. Franciscus ergo haud scientiae avidior, quam gloriae, ut primum satis imbutus litteris sibi visus est, Lutetiam ipse quoque iter contendit. Quo ut primum pervenit, in Collegium S. Barbarae doctoribus juxta discipulisque florentissimum adscriptus, totum se Philosophiae tradidit, facilius deinde ac tutius operam Divinarum rerum scientiae daturus. Magno incepto adhibet maximarum rerum effectricem constantiam. Non illum assiduus frangebat labor, non ludus intempestivus, non voluptas, ceteraque ludicra aetatis petulantis avertebant ab instituto cursu, aut retardabant: contraque in tanta Gymnasij frequentia praestantium ingeniorum aemulatio, maiores

Collegium S. Barbarae

Studet Philosophiae Parisijs

[illegible]